





Very faint, illegible text, possibly bleed-through from the reverse side of the page.































1626

35<sup>o</sup> Pan. in 12.

249

DECRETVM  
 ALMÆ  
 VNIVERSITATIS  
 PARISIENSIS,

Anno salutis CIO IDC XXVI. die  
 XII. Kal. Majas, in Maturi-  
 nensi, scribendo adfuerunt  
 Reçtor, Decani, Procu-  
 ratores, Magistri,

VNIVERSITAS  
 STUDIORVM.



PARISIIS,  
 Apud PETRVM DVRAND,  
 in monte S. Hilarij.

---

M DC XXVI.

Case

F

39

.326

1626p

THE UNIVERSITY  
LIBRARY



# DECRETVM ALMÆ

VNIVERSITATIS  
PARISIENSIS.

*Anno salutis MDCCXXVI. die  
XII. Kal. Majas, in Maturi-  
nensi, scribendo adfuerunt  
Rector, Decani, Procu-  
ratores, Magistri,*

VNIVERSITAS STUDIORVM.



VOD verba fecit RECTOR,  
sapientissimum Ordinem  
Theologorum, pro suâ in  
Rem Christianam, Regem Christia-  
nissimum eiusque Imperium fide ac

A ij

622  
tate, boni atque recti constanti  
amore, maiorum solemniori more,  
Antonij Sanctarelli Iesuitæ de Hæresi,  
Schismate Apostasia, &c. librum  
inspexisse & deprehendisse in eius libri  
capitibus xxx. & xxxi. tractatûs de Hæ-  
resi, has propositiones; *Summum Pon-*  
*tificem posse pœnis temporalibus punire*  
*Reges & Principes, eosque deponere,*  
*& suis regnis priuare ob crimen hæresis,*  
*eorumque subditos ab illorum obedientiâ*  
*liberare, eamque semper in Ecclesiâ fuisse*  
*consuetudinem: & propter alias etiam*  
*causas, ut pro delictis, si expedit; si Prin-*  
*cipes sint negligentes: propter insufficien-*  
*tiam, & inutilitatem suarum persona-*  
*rum. Item, Pontificem ius & potestatem*  
*habere in spiritualia simul & omnia*  
*temporalia: & in eo esse de iure diuino*  
*utramque potestatem, spiritualem & tem-*  
*poralem: Credendum esse, Ecclesiæ sum-*  
*môque eius Pastori concessam esse facul-*  
*tatem puniendi pœnis temporalibus Prin-*



*cipes transgressores legum diuinarum &*  
*humanarum, præsertim si crimen fuerit*  
*hæresis; Eundem Sanctarellum asserere*  
*Apostolos fuisse subiectos Principibus se-*  
*cularibus de facto, non de iure: quinetiam*  
*statim atque constituta est Pontificia Ma-*  
*iestas, cœpisse omnes Principes esse illi sub-*  
*iectos: denique eum explicare verba*  
*Christi, Quodcumque ligaueris super*  
*terram, &c. non tantum de potestate spi-*  
*ritali, sed etiam de temporali: Ipsumq;*  
*sancto Paulo imponere, verba illius,*  
*detracta negatione, immutando, &*  
*multis auctoribus ab ipso citatis: alia*  
*etiam multa similia: Eaque pro-*  
*pter, die iv. Aprilis, publicâ,*  
*iustâ legitimâq; animaduersione,*  
*notâ, censurâ, pestiferi eius*  
*libri propositiones istas impro-*  
*basse, & eam doctrinam quam*  
*continent, tanquam nouam, falsam,*  
*erroneam, verbo Dei contrariam, Pon-*

rificiæ dignitati odium conciliantem, schismati occasionem præbentem, supremæ Regum auctoritati à Deo solo dependenti derogantem, Principum infidelium & hæreticorum conuersionem impediẽtem, pacis publicæ perturbatiuam, Regnorum, Statuum, Rerũque publicarum euersionem, subditos ab obedientiâ & subiectione auocantem, & ad factiones, rebelliones, seditiones, & Principum parricidia excitantem, damnasse:

De ea re ita censuerunt. Laudãdum amplissimis verbis sacrum Ordinem Theologorum, qui de improbâ & exitiali doctrinâ istâ piẽ religiosẽ salubriterque statuerint, generi Christiano, Galliæque in primis prisicæ veræque doctrinæ lumen opportunẽ ostenderint, maiorum virtutem retulerint, remque ad eò fecerint illâ professione tuendæ veritatis & Studiorum Vniuersitate dignissimam.

Vtque nouæ ac pestilenti doctrinæ aditus omnis intercludatur, & omnes qui è disciplinâ nostrâ sunt, eamque in posterum amplectentur, aut in eam nomen dabunt, maturè intelligant sensus sibi animosque è sacri Ordinis illâ Sententia comparandos, à damnatâ doctrinâ istâ longissimè disiungendos; Vtque eam omnes auerſentur, detestentur & abhorreant, priuatim ac publicè dedoceant, confutent, coarguant;


Faciendum, vt Supplicationum ſolemni primo, tum quotannis in eo cœtu, qui publicè supplicandi & procedendi cauſâ, ſtatim ab inſtauratis Scholis menſe Octobri agitur, priuſquàm cuiquam poſtulare quid liceat, à Procuratore Vniuerſitatis ea Ceuſura palàm recitetur: tabulis librifue omnium Ordinum Nationumque inſcribatur: eius exempla duo Actuarij ſacræ Facultatis manu diſtincta ſubſcri-

præque in commune tabularium inferantur: totidem ad singulos Collegiorum & Domorum Moderatores primo quoque tempore mittantur: vt omni ope ac studio ab istius doctrinæ contagio atque peste, omnes qui eo contubernio domicilioue vtentur, arceant, operamque dent, vt ne cui contra quàm sapientissimus Ordo decreuit iudicauitque, dicere faceréue quicquam liceat. Si quis eorum quid migrarit secúsue fecerit Doctor, Professor, Magister, Discipulus, Literarum ciuis; aut laudatissimam Censuram vlllo quouis pacto, dicto, scriptoue quacumque tandem de causâ obtinétue sollicitarit, mouerit, attentarit; Is ignominia causâ dimissus, Gradum, ordinem Tribumque perpetuo interdito amittat.

QVINTAINE,

Scriba Vniuersitatis.





1847

1. The first part of the book is devoted to a general history of the country, from the earliest times to the present day. It is written in a clear and concise style, and is well adapted for the use of students.

2. The second part of the book is devoted to a description of the principal cities and towns of the country. It is written in a clear and concise style, and is well adapted for the use of students.

3. The third part of the book is devoted to a description of the principal rivers and lakes of the country. It is written in a clear and concise style, and is well adapted for the use of students.

4. The fourth part of the book is devoted to a description of the principal mountains and hills of the country. It is written in a clear and concise style, and is well adapted for the use of students.

5. The fifth part of the book is devoted to a description of the principal forests and parks of the country. It is written in a clear and concise style, and is well adapted for the use of students.

6. The sixth part of the book is devoted to a description of the principal minerals and metals of the country. It is written in a clear and concise style, and is well adapted for the use of students.

